

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Cuiusdam excellentis & docti iuuenis epistola, ad suum tutorem scripta

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

90
Cuiusdam excellentis & docti iuuenis
epistola, ad suum Tutorem
scripta.

Non dici potest, charissime Tutor, quàm mihi
iucunda fuerint literæ tuæ: quæ non tantum offi-
cij ac studij erga me tui plenissima erant, uerum
etiam salutarem ad pietatis studium & honesta-
rum rerû cohortationem adferbant. Quare tan-
tum profectò mihi addidisti calcar, ut ex animo cu-
piam meam tibi probare diligentiam: ac efficere,
ut tuæ uoluntati mea officia cumulatè responde-
ans. Etsi quidem benemeritis gratia est referenda,
nec tuo gratius officio nunquam mihi accidit quic-
quam: ego quoque, quantum possum pro pio in
me studio, toto pectore tibi gratias ago, quod tan-
ta me beneuolentia complecteris, & optimi pa-
rentis uicem tam diligenter & studiosè agis.
Porro etiã te uehementer rogo, ne quid prætermit-
tas, quod ad me pertinere existimabis: commone-
facias sedulò, ut retineas in officio eum qui tuæ
fidei est commendatus. Id ego ut hæcenus à me fa-
ctum esse censeo, summû beneficij loco ducam: &
tuis monitis lubens obtemperabo, ne quod pupilli
officium desiderare queas. Et utinam omnes sic
statuerent, nihil esse magis conueniens nostro or-
dini, ac pulchrius, quàm aures præbere benignas sapien-

Sapienter consulentibus: in me certè eam sententiam tua grauisima præcepta nõ mediocriter confirmare: quoniam, quantum reserat à teneris relictè adfueri, intelligo. Perge modò mi Tutor, ut, si qua (ceu millia homini accidunt) displicebunt, reprehendas. Non temerè dictum est à sapiente: Meliorem esse manifestam reprehensionem oculata dilectione: & fidelia uulnera diligentis, quàm oscula inimici conuulsiuosa. Quæ sententiæ omnium animis infixæ esse debent: ut intellegamus, multum nos debere ijs, à quibus non uitæ, sed rectè uiuendi principia accepimus. Maxima dicamus beneficia ea, quibus ad ueram pietatem erudimur: ea, quia abs te mihi sedulò sunt præstita, facile agnosco, quauis tibi sim deuinctus nominibus: & quàm mihi sit difficile, tecum certare officijs. Id uerò agam quod mei muneris esse censeo, ac omnibus connitari uiribus, ut tui amoris qualem eunq; percipias fructum, & in pupillum gratissimum tantum te contulisse officiorum intelligis, ut uehementer gaudeas. Vale mi Tutor, & me ut aures cura.

Patri charissimo suo N. N.

S. D. Charissime pater, non dubito te & alios multos honestos homines ualde consternatos esse Lutheri interitu, & quia ipsum propter egregia merita erga Ecclesias boni omnes dili-